

Band III., Nr. 599, Seite 61-62

Die Richter, die vom apostolischen Stuhl mit der Entscheidung der Streitsache zwischen dem Kloster Salem und dem Pleban von Erbstetten wegen des Zehntrechtes an genannten Orten beauftragt sind, schlichteten diese durch einen Vergleich, den beide Parteien im voraus genehmigten.

Konstanz, 1217.

C.¹, dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus, Ö.², Augensis³ prepositus, A., canonicus sancti Stephani Constantiensis, iudices a sede apostolica delegati, universis Christi fidelibus gestę rei noticiam. Universitati vestrę notum fieri volumus, quod cum a summo pontifice causam quę vertebatur inter abbatem et fratres de Salem ex parte una, et inter . . . plebanum de Erpfstetin⁴, ex parte altera, terminandam suscepissemus, id est, ut per amicabilem compositionem inter eos de decimis prediorum quas in parrochia eiusdem ecclesie ante generale concilium sanctę recordationis domini Innocentii pape habuisse noscuntur, propter discordiam evitandam componeremus, aut, si plebanum difficilem in eadem compositione inveniremus, abbatem et conventum super dictis decimis contra tenorem privilegiorum eis a sede apostolica indultorum molestari aliquatenus non sineremus, nos, secundum formam nobis prescriptam paci et concordie inter eos conservandę operam dantes, partibus ad presentiam nostram citatis, audivimus utramque, et post hinc inde allegata, communicato consilio, utraque pars in nos, non tamquam arbitros, set sicut iudices delegatos compromiserunt: abbas et fratres sui fide bona, plebanus fide data hoc confirmantes ut ratum tenerent et gratum, quomodocunque super eodem negocio componeremus. Nos igitur, cum earundem decimarum ignari essemus, per decanum de Hetingin, et de Zwiviltum plebanum et ecclesie iam dictę parrochianos antiquiores et honestiores, inquisitione diligenti habita, secundum assertionem et summam, quam iuxta testimonium conscientiarum suarum eisdem decimis imposuerant, reconpensationem eidem ecclesie fecimus condignam: videlicet ut abbas et fratres sui ecclesie memoratę predium,

¹In der unter der Aufschrift *Confirmatio super decimas in altmannishuosin* in dem Iplomatar des Klosters Salem I, Nr. XCII, S. 142 enthaltenen Abschrift dieser Urkunde der Name aufgelöst: *Conradus*.

²In der unter der Aufschrift: „*Confirmatio super decimas in altmannishuosin*“ in dem Iplomatar des Klosters Salem I, Nr. XCII, S. 142 enthaltenen Abschrift dieser Urkunde der Name aufgelöst: „Ovlicus“.

³Weißenuau.

⁴Der Raum für den Namen des Plebans ist nicht ausgefüllt.

II

quod XXX solidos Constantiensis monete annuatim solvere posset, conferrent, et ipsi decimas prediorum suorum in parrochia, ut dictum est, eiusdem ecclesie, videlicet Altmannishusin, Bolstettin, Wileruelt⁵, quiete possiderent. In omnibus videlicet agris, pratis, ortis, silvis, pascuis, cultis et incultis, ubicumque locorum sitis, ad hec tria supradicta predia pertinentibus; exceptis duorum mansuum decimis, quorum proprietas ad eosdem fratres non spectabat, quas nunc idem plebanus cambire volebat; excepta etiam dote capelle de Bolstettin. Et ut curioso satisfaciamus inquisitori, qui inde competenti reconpensatione posset causari^a, dicimus quod locus et fundus grangie ipsorum fratrum et spaciosus quidam ambitus, certis terminis distinctus, in hanc nostram estimationem non venerunt, set in ipsa prima predii emptione signanter fuerunt exempti et ecclesie predictę competenter in estimatione decimarum reconpensati. Ideoque hac diligenti consideratione habita, conscienciis nostris ita nobis dictantibus, talem, ut diximus, inter eos fecimus compositionem, ut et ecclesie sepe dictę nichil deperiret, et tamen sive abbas, sive plebanus nichil digne calumpniari possent. Igitur idem plebanus, coram nobis et in presentia canonicorum Constantiensium aliorumque multorum in choro Constantiensi constitutus, omne ius decimarum eorundem prediorum quod habere videbatur in manus abbatis prefati resignavit et tradidit, pro quarum reconpensatione decimarum idem abbas et fratres sui plebano et ecclesie suę predium, ut diximus, XXX solidos annuatim valens designaturos se promiserunt, in ea valencia secundum quod supradicti de Hetingin et de Zwiuiltüm plebani approbarent, nobis ita mediantibus et secundum compromissionem in nos factam, ut hec ita facerent, precipientibus. Ut autem hec nostra compositio, propter conservationem pacis et concordie, robur et firmitermentum perseveranter obtineat, cartam hanc, nostrę compositionis formam continentem, fecimus conscribi et sigillorum nostrorum impressione roborari.
Acta^b sunt hec in choro Constantiensi, anno ab incarnatione domini M^o. CC^o. XVII^o., indictione V^a. Testes huius rei sunt: Hugo prepositus sancti Stephani, Ulricus prepositus in Bischoffiscelle, Heinricus filius ministri, Heinricus filius Rvdigeri, Heinricus filius Livtfridi, Waltherus de Rotinleim, canonici maioris ecclesie; Cvnradus plebanus sancti Stephani, Eggiricus, Cvnradus, Heinricus, Cvnradus, canonici sancti Stephani; Berhtoldus plebanus de Rieheim, Ebirhardus plebanus de Horne, Gervngus plebanus de Wiesindangin, magister Vlricus plebanus in Masinanc⁶, Livtoldus vicarius in Sevelt,

^aSo die Urkunde.

^bVon hier an etwas verschiedene Hand.

⁵Drei abgegangene Orte bei Erbstetten, deren erstes zwischen Erbstetten und Mundingen lag.

⁶Matzingen ?, an der Murg, im Thurgau.

III

magister Waltherus, Heinricus plebanus in Tisindorf⁷, Berhtoldus miles de Anniwilere, Cōnradus de Matvvilere⁸, Albertus de Obirriedirn⁹, Vlricus de sancto Gallo, abbas in Tenniebach, et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Drei in Säckchen eingenähte Siegel an Pergamentstreifen anhängend.

⁷Daisendorf bei Meersburg oder Deisendorf bei Überlingen.

⁸Märwil ?

⁹Riedern am Sand.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/1162 S. 134-137 Nr. 92

Überlieferung und Textkritik:

Diplomatar des Klosters Salem in Karlsruhe.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209-1233)

Ortsindex:

Altmannshausen Wüstung (23669)
 Altmannshausen, Hayingen, RT, W
 Andwil, Birwinken, Kt. Thurgau, Schweiz
 Bischofszell, Kt. Thurgau, Schweiz
 Bolstetten Wüstung (23671)
 Bolstetten, Hayingen, RT, W
 Daisendorf Wohnplatz (17804)
 Daisendorf, FN
 Deisendorf Wohnplatz (18402)
 Deisendorf, Überlingen, FN
 Erbstetten Wohnplatz (16772)
 Erbstetten, Ehingen (Donau), UL
 Hedingen Aufgegangen (24211)
 Hedingen, aufgeg. in Sigmaringen SIG
 Horn, Kt. Thurgau, Schweiz
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Matzingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Märwil, Kt. Thurgau, Schweiz
 Riedern am Sand Wohnplatz (15504)
 Riedern am Sand, Klettgau, WT
 Riehen, Kt. Basel-Stadt, Schweiz
 Rötteln, Lörrach, LÖ, A
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Seefelden Wohnplatz (18464)
 Seefelden, Uhldingen-Mühlhofen,

FN
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Tennenbach Wohnplatz (9797)
 Tennenbach, Emmendingen, EM
 Weilerfeld Wüstung (26220)
 Weilerfeld, Hayingen, RT, W
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV
 Wiesendangen, Kt. Zürich, Schweiz
 Zwiefaltendorf Wohnplatz (17492)
 Zwiefaltendorf, Riedlingen, BC